corpore exeunt a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesentibus Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosus Laurentius Sremowski olim Gnosi Simonis Sremowski Filio et eius Successoribus Summam Decem Millium Florenorum pecuniae polonicae monetae et numeri in Regno currentis Florenorum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi Debiti mutuatique pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem Summam supraspectam Decem Millium Florenorum pecuniae polonicales memoratus Signatus Gnosus Joannes Mathaeus Ostrowski se ac suos Successores de et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis supraspecto Gnoso Creditori suo eiusque Posteris consentit et obligat praesentibus hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et eo ipso Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Premisliensibus realiter et effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem Officio non effidere nec arrestare vel alio quovis modo impugnare. Itaque sub vadio similis Summae Decem Millium Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Signatum Gnosum Mathaeum Joannem Ostrowski Capitaneum in Kapinos sive ipsius Successores supraspecto Gnoso Creditori suo eiusque Posteris ob non solutionem summae praefatae principalis et Essentialis Debiti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praeso ad solvendum succumbendo ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda citatus exnunc memoratus Signatus Generosus Joannes Mathaeus Ostrowski sive ipsius Successores ad Instantiam supraspecti Gnosi Laurentij Sremowski Creditoris

sui

aut eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supraspecto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere et respondere vadium protactum lucre Inspectionem Iuri satisfacere et omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera cum firmitate pro maiori minorennitate Successorum Legorum extra vel contra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Iudicium vel alijs quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Premisliensis Dillationem sibi non recipiendo nullasque Moniones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praesentia omnia simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello conventionesque Iuris omnibus Iuris remedijs et defensionibus subterfugiendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Jeromski Tutores Eligit:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Premisliensibus Nobilis Laurentius Jeromski licet aeger corpore mente tamen sanus et rationis compos exnunc a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentibus Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum Signatus. Quia ipse mortalitatis suae conscius consultumque cupiens liberis suis cum Nobili Margaretha Skorkowska Consorte sua ultima procreatis bonisque suis omnibus morte sua derelinquendis

Skorkowska Rozmaitości

skiçmu tcnetur